



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. LXVIII. Bononien. fideicommissi de Nascentoriis. De concursu
personarum generis vocati, quibus obstet qualitas seu defectus natalium,
Et an & quando naturales legitimi, vel naturales tantum ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

sanguinis, ac prædilectione in concursu agnatorum satis remotorum; Difficultas enim in hac materia cedit an exclusi nominatim ab una dispositionis parte veniant sub alia generali, ut habetur disc. 49. & alibi, non autem, ut exclusio generalis tollat vocationem proprio ac appellativo nomine statim.

- 13 Concessio Principis intelligitur s.e. auctor p*ro* dicio.
- 14 Quando legitimati verè in omnibus cœptis p*ro* legitimorum.
- 15 Quod potestas legitimandi sit de Regalib*is*.
- 16 Ea quæ non solent concedi non veniant in *confusione* generali facultatis.
- 17 Distinguuntur pre*judicium* accessiorum & i*nsufficien*vum à pre*judicium* principali in legitimatione.
- 18 De Constitutione Pii IV. & ubi locum habeat.
- 19 Quid in testamento condit*is* ante ipsam Bullam.
- 20 De privilegiis illorum de Campag*is* cum clausa adita vel non adita hereditate quid operatur.
- 21 Quando dicatur assistere voluntas testatoris.
- 22 Monachus assimilatur servo & egredieatur gaudere post*mortu*ni.
- 23 Ingressus in Religionem purgat maculam natalis.
- 24 De differentia inter personas ejusdem generis ubi agitur de trans*mutatio*ne de genere ad genus.

D I S C. LXVIII.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI DE NASCENTORII.

P R O

ÆMILIO DE BLANCHIS

C F M

NASCENTORII.

Casus decisus per Rotam pro Æmilio.

De concursu personarum generis vocati, quibus obstat qualitas seu defectus natalium, Et an & quando naturales legitimati, vel naturales tantum succedant in fideicommissis, ac veniant sub genere agnatorum vel descendantium; Et in specie, an legitimatio obtenta post factum casum fideicommissi retrotrahatur in præ*judicium* eorum quibus jus delatum, vel quæsitus est.

S V M M A R I V M.

- 1 Acti series.
- 2 Resolutiones causa.
- 3 Distinguuntur inspectiones.
- 4 Sententia super statu facit jus quod omnes.
- 5 De materia probationis filiationis remissive.
- 6 Quando appellatione filiorum veniant legitimati, et si adjiciantur qualitas legitimorum & naturalium, & quando secus.
- 7 De distinctionibus seu limitationibus huius conclusionis.
- 8 Quod in hoc attendatur mos regionis, vel an contemplata sit agnatio.
- 9 Legitimatio Archivii non operatur in præ*judicium* tertii nisi affiat voluntas testatoris.
- 10 De potestate Principis legitimandi cum retroactione in præ*judicium* juris tam quasi i aliis successoribus, & post delatam & agnitam successionem.
- 11 Quod retroactio intret ex iudicio testatoris.
- 12 Quod potestas Principis sit indubitate, atque tota quæstio reducatur ad voluntatem ubi agitur de legitimatione immediata concessa ab ipso Princeps.

P Lures substitutionum gradus ordinavit *ius* Raynerius de Nascentoriis, primo tempore avorem ejus filiorum & descendantium matrum, seu in istorum defecutum legitimatum, cuncto ad favorem filiorum & descendantium filiarum cum eodem ordine, prius filiorum matrum, deinde verò legitimatum, in omnibus facultatibus se quædancumque legitimando etiam post mortem ipsius testatoris, tio verò non extantibus de ejus descendentiis sculina & feminina ut supra, vocari cum primogenitura filios & descendentes matrum Constantia fororis nuptæ Æmilio de Blanchefactaque ista linea masculina, vocari cum dem ordine primogenitura eorumdem Constantia & Æmilii lineam femininam, Et quando de utraque linea prædicta defacta, vocari filium mogenitum agnati, vel cognati proximi, & alii dispositionibus ad rem non facientibus; Et autem nullis superstitibus ex testatore filii, primum successionis locum occupasset Alexander, primogenitus prædictarum Constantie & Æmilii, cui successit Pirrus frater unicuius filium illegitimum, quem per vim, & memorem duxit ad profitendum in Religione servorum Hinc proinde eodem Pirro defundo, dimittit Æmilius in statu regulari reperiebatur, cum supposito extinctionis utriusque linea masculina & feminina dictorum Æmilii & Constantie, hanc fideicommissariam successionem ex i*ustitia* substitutionum gradu aspirarunt Camillus de Blanchis, & Angelus de Mignanis proximogeniti, sed obtinuit hic ultimus qui probavit mogenitum, ut patet ex Rota decisio*nibus*, causa inter prædictos editis coram Carillo inter decis. 233. & 275. & coram Rotis inter duas 234. & 253. unde propterea Mignanus, vel filii assumptio cognomine de Nascentoriis præstatoris præceptum bonorum possessionem edocunt ad aliquos annos continuatam.

His ita sequutis præfatus Æmilius Pirrus dum haec agerentur in statu religiosi profectus, obtinuit ejus professionem invalidam scribatur, Primo per sententiam Vicarii Urbis ecclesiastici Concilii Tridentini, Et secundum in Rotis habetur in Bononien. nullitatibus professionis sub i*ustitia* singularibus, atque in statu seculari confirmata, continuit prius legitimationem Archivii, et

verò alterum illorum de Campegiis , atque iudicium inluitum in Rota super dicto fideicommissio coram Cels. Et dato dubio , An consuetus fideicommissus ad eum favorem , illoque proposito sub die 23. Februario 1660 nulla capta resolutione , ac realsumptua disputatione coram Carpinea subrogato , sub die 14. Martii 1668. affirmativa prodidit resolutione confirmata coram eodem 16. Ianuarii 1669.

In hujusmodi autem disputationibus , in quibus ego pro Amelio scribbam , quatuor fuerunt puncti seu inflectiones , Primo an dicta sententia super nullitate professionis edita cum aliis de Blanchis occasione filiorum fideicommissorum istius domus , obstatere istis reis conveniens tunc non auditus . Secundo super probationem filiationis ; Tertiò an filii illegitimi , legitimati per rescriptum sine citatione intercessorum succedere deberent in fideicommissis in exclusionem aliorum vocatorum ; Et quartò in specie , An postro quod tales ita legitimatos in genere succederent , id procederet in praesenti casu , in quo legitimatio obtenta fuit et non integra , sed longe post apertum fideicommissum , illudque per alios vocatos agnitorum cum subsequente notabilis temporis possessione bonorum , & sic an hujusmodi legitimatio haberet vim retrotractivam , ac esset apta tollere jus tertio qualitum .

Super primo modica versabatur difficultas , quoniam in facto justificabatur dicta sententia pro diuile cum aliis de Blanchis interessatis in successione aliorum fideicommissorum accerrime contradicentes , præterim in disputatione Rotali , in qua prodidi decisio 5. Maii 1660. coram Bevilacqua ideoque intrat recepta conclusio , quam in foro habemus frequentem , deducta ex vulgariter textu in l. ingenuum de statu hominum , ut sententia super statu faciat jus quad omnes , etiam in diversa causa , & cum diversi personis , querentes non confitatur collisione in dubio non presumenda ex deductis apud Greg. decisi. 535. num. 3 Comitul. decisi. 202. num. 1. & sequent. dec. 352. num. 2. par. 3. rec. cum aliis in prima hujus causa decisione in fine , & conferunt quae latè deducit Gaius de credito cap. 2. tit. 3. num. 384. & sequent. & habetur deductum in materia nobilitatis sub tit. de preminentia .

Secundus punctus super filiatione , in quo scribentes in contrarium in prima disputatione magis insistebant , totum erat factum magis quam juris , cuius regula generalis solum constituit differentiam inter præjudicium ipsius patris , qui illum in filium agnovit & tractavit , & præjudicium tertii ad esse cum succendi in fideicommisso vel emphyteusi cum similibus , ut primo casu minores probations sufficient , quinimo & soli tractatus in præjudicium ipsius tractantur , nisi hic doceat de errore , distinguendo etiam diversas species præjudiciorum , majoris vel minoris ponderis , ad effectum scilicet , vel successionis , vel respectu alimentorum tantum ;

In secundo autem casu præjudicium tertii , longe maiores magisque concludentes esse debeant probations , circa quas cum in ordine ad filiationem respectu patris dari non possit directa & præcisa probatio concludens , sed per necessitas debeat esse præsumpta & conjecturalis , idcirco certa & determinata regula dari non potest . sed tanquam qualitas facti decidenda venit pro singulorum causum qualitate speciali prudentis judicis arbitrio , a quo pendet , An probations & conjectura dicantur tales , quod sufficient etiam in isto casu magis rigorosa & concludentes probations , ut præsertim deductum habetur in Bonon. fideicommissorum de Victo-

ris 26. Noverbris 1667. coram eodem Carpinea , cum qua decisione utpote de recenti prodita , & de qua disce. sequen. in hac disputatione processum fuit ; Et quidem , reflectendo etiam ad veritatem , videbatur bene hanc probationem concludi ex pluribus adminiculis in prima decisione deductis , ponderandis cum confuta regula , ut singula que non profant &c.

Tertius punctus questionis in genere , An filii legitimati per rescriptum , tam in parte dispositiva quam in conditionali venirent in hujusmodi disputationibus , pariter modicam habuit disputationem , quoniam ubi non agitur de concursu cum legitimis & naturalibus per veritatem ejusdem generis vel substitutionis gradus , sed agitur de transitu de linea ad lineam , seu de uno substitutionum gradu ad alterum , aut cum contendenteribus de expiratione fideicommissi & libertate bonorum , itaut supponere oporteat totalem defectum linea seū generis primò vocati , Et tunc , non refragante testatoris voluntate contineat restrictionem ad vere legitimatos in constantia matrimonii procreatos , juxta casum de quo in Romana de Arronis coram Bichio , dec. 105. par. 9. rec. receptum est hujusmodi legitimatos succedere in fideicommissis , & sic venire etiam in parte dispositiva , multomagis , ac indubitanter ad impediendam purificationem partis conditionalis ex latè congregatis per Eugen. cons. 52. lib. 1. Laderch. cons. 23. Giovagn. cons. 21. lib. 1. Fusar. quest. 408. La. ic. Latr. decisi. 3. num. 24. cum sequen. & hanc opinionem perpetuo tenuit Rota antiqua , media , & moderna , ut apud Seraph. dec. 280. decisi. 328. par. 1. rec. decisi. 100. p. 5. decisi. 241. par. 9. Romana fideicommissi de Grifonibus coram Dunozetto inter suas decisi. 921. reperit. dec. 28. post Zuffam , & frequenter in aliis , cum solum difficultas cadat ubi concursus esset cum vere legitimis ejusdem generis , ut advertitur in Romana fideicommiss. 8. Iunii 1654. coram Veroflio , inhaerendo antiqua magistrali decisioni in Civitatis Castelli bonorum 17. Augusti 1583. coram Robusterio

Et licet DD. distingue soleant , seu dictam conclusionem limitare , quando ageretur disputatione ordinata per honestam matronam , seu aliam personam nobilis , aut bene morigeratam , verisimiliter abhorrentem hujusmodi illegitimos in peccato genitos , ut patet ex relatis per Fusar. ubi supra , & Giovagn. d. cons. 21. ideoque nostri in hac materia nimis se involvunt . Attamen revera id nullam habet certam & determinatam regulam generalem , sed pariter decisio pendet à singulorum casuum particularibus circumstantiis verisimilem testatoris voluntatem suadentibus ; Unde propterea videmus quod Rota in d. decisi. 241. p. 9. rec. admisit hujusmodi conclusionem etiam in testamento nobilis & honestæ matronæ .

Inter dictas vero circumstantias , illa potissimum pro meo iudicio , primum locum obtinere deber , resultans ex more regionis , quo attento videmus in una naturales , etiam legitimatos abhorri , ac haberi pro vilibus & neglegitis , in altera vero nihil vel parum differre à legitimis , immo etiam inter nobiles ac jure nobilius de facto censi , ut præfertimes in hac regione , in qua ut in penè centum causis expertus sum , mos est vocandi etiam illegitimos , cum solo ordine prælationis legitimorum ; Ideoque ubi præfertim agitur de fideicommissis agnatiis , & pro conservatione bonorum in familiis nobilibus itaut , licet fiat transitus de uno genere ad alterum , putatē familia effectiva ad contentivam , vel de contentiva proxima ad contentivam remotam , unde agatur de continuatione fideicommissi & bonorum in eadem

LUCA
de
mentis
cat.
VI

familia , tunc si de more regionis illegitimi quamvis legitimati per rescriptum de illa non reputantur , neque admittuntur ad honores & præminentias , quibus legitimi de familia gaudent , tunc fideicommissum pro agnationis conservazione ordinatum , non urgentibus contrariis conjecturis , eodem jure regulandum videtur pro hujusmodi legitimatorum exclusione.

Et quamvis in hac facti specie scribentes in contrarium satis insisterent in eo , quod legitimatio Archivii juxta Constitutionem Pii IV. operari non potest in præjudicium tertii , ex deductis per Hondon. conf. 67. num. 38. & sequen. lib. 1. Nihilominus de facili difficultas superata fuit ; Tum ob aliam legitimationem illorum de Campeggiis , quorum facultas lator esse videtur , Tum etiam quia difficultas cadit quando resisteret , seu verisimiliter non assisteret testatoris voluntas , secus autem ista assistente , ex plenè deductis per Giovagn. dicto conf. 21. lib. 1. ubi in specie de legitimatione dictorum de Campeggiis , de qua etiam respondendo in specie huic objecto bene habetur dicta decis. 388. par. 1. rec. & in decis. 981. Dunozetti cum aliis in hujus causa decisionibus , quod etiam post editam primam , i secunda disputatione agnoscerebant : idem scribentes in contrarium , admitentes conclusionem , quando legitimatio sequuta fuisset re integra , ideoque principaliter insisterebant in alio puncto , de quo proxime infra.

Major igitur ac fortè unica hujus causa difficultas residebat in dicto quarto & ultimo punto retroactionis , dum legitimatio , juxta præmissam facti seriem , obrenta fuerat re non integra , & postquam facta causa successionis , non solum alii vocati illam agnoverant , sed etiam possessionem obtinuerant , aliquo notabili tempore pacifice continuatam . Unde propterea cum copiosis allegationibus desumptis ex relatis per Giovagn. confil. 17. lib. 2. in rationibus dubitandi & per Carol. de Graff. de effect. clericat. effectu 4. num. 167. cum sequen. insisterebant scribentes in contrarium super defectu potestatis Principis concedendis di hujusmodi legitimationes cum hac retroactione , cum ita esset tollere dominium iam quæsumum , quod est juris gentium , cui Princeps derogare non potest.

E converso autem ego ac cæteri pro hac parte scribentes insisterebamus in eadem superiorius insinuat limitatione , ubi legitimatio sequeretur ex eiusdem testatoris præordinatione & voluntate , non solum ubi hoc est expressa , sed etiam tacita & conjecturalis ex deductis per Gorazdin. conf. 85. num. 15. & sequen. Malvas. conf. 8. num. 47. Giovagn. dicto conf. 17. lib. 2. cum aliis in secunda decisione 16. Ianuarii 1669. in qua diligenter ac elaborate expenduntur auctoritates hincinde militantes ; Neque in facto dubitandum erat de hujusmodi voluntate seu præordinatione , dum juxta præmissam facti seriem , testator vocavit etiam illegitimos , illis expressè dando facultatem se faciendi legitimare etiam post mortem ; Et licet id disponeretur in alia testamenti parte , seu gradu substitutionis , attamen cum nulla adesset disparitatis ratio , tunc una pars in aliam de plano inservire videbatur ; Atque exinde etiam resultabat , quod ob assistentiam voluntatis testatoris , juxta receptam conclusionem , de qua in hujus causa decisionibus , & sepius , necessaria non fuisset partis citatio in hujusmodi legitimationis concessione.

Reflectendo autem ad veritatem super hoc articulo retroactionis , quem nostri nimium involverunt , præterim vero Consulentes , super quibus hincinde colluctantibus immoratur ultima decisio (quorum tamen auctoritati utpote servili & con-

ductitiae pro clientum respectu è opportunitate parum deferendum esse adverrebam . Difficile mea erat in eo , quod non agebatur de legitimatio direcione ac immediate concele per ipsum supponit . Principem habentem potestatem dispensatibus , ac derogandi juri tertii , sed erat consideratio inferiorem ad id potestatem à Princepe latens .

Ubi enim agitur de legitimatione concessione ac immediate ab ipso Princepe , de cuius voluntate dubitetur concedendi restituendum necrum reintegrazione , etiam in præjudicium justitiae jam quæsiti , itaur quæstio reducatur ad ipsius potestatem , tunc verè leguleica inepit et dubitare , quoniam ut in hac materia potestatis ipsis tollendi jus tertii , advertitur sub tit. de disc. 148. admisso quod matrimonium firme per vino , & naturali , isti tamen effectus ex eo resiles circa differentiam inter filios in eo , vel ex iunctu creatos , & an uni sint successibiles , alii vero provenient à mero jure positivo , cui Princeps non potest , cumque ista macula ab ipso inducatur prohibet , quin ab eo ad omnes effectus ablati . Neque tertio ita tolli dicitur illud jus , quod sua providentia , & contrafactu comparatur , sed ut verius declaratur , ut quæsumum non licet ipsem Princeps , vel ejus lex positiva subterdimento ab ipso inducatur , quando illud sollem placaret , deferebat ; Ideoque ista quæstio cunctur ad solam voluntatem . An scilicet Princeps voluerit necne tollere in tertii ac alteri in justitio prædicare , quod in dubio non praefat cum regulariter Princeps concessio temperatur facta sine tertii præjudicio ad vulgarem nece. l. 2. §. si quis à Princepe ss. ne quid in his publicis concordantibus collectis per Gomf. in præmissa de jure tertii quæstio non tolleret . Gabr. cœment in tertii quæstio conclus. 1. & seqq. Galeot. respons. & ceteri de quibus d. tit. de Regal. diss. 148. ubi materia potestatis tollendi jus tertii ac alibi placuisse ideoque ista quæstio remanet potius facti & effectus , iuris certam ac generali determinatio non recipiens , sed decindenda ex singulorum casuum particulari qualitate .

Difficultas verò valde considerabilis erit in controversia , seu facti specie , in eo quod non potest de legitimatione directe ac immediate ab ipso Princepe , qualis erat causa , de quo ad rem legitimatorum amplè agitur decis. 108. par. rec. & decis. 282. par. 11. cum ibi deductu , admodum hujusmodi legitimatos in omnibus vere regimorum iure censeri (quamvis ibi neque agitur de hac retroactione) dum tali casu non ad illam clausulam sine præjudicio venientem ab interfici obstat Constitutione Pii IV. sed agebatur de legitimatione concessa per inferiores , per Archivium Ecclesiasticum & per Campeggiis , quibus attributa non legitima potestas prædicanditertio in iure iam quæsumum hoc sit de Regalibus maioribus , seu primi dinis soli Princepi supremo competenter in art. disc. 148. sub tit. de Regalibus ; Licet enim etiam legitimandi facultas sit de Regalibus non competitibus nisi Princepi vel cui Princeps concesserit ex lectione per satis elaboratum & eruditum notarium noster , Attamen non est de illis Regalibus maioribus quæ ipsi soli Princepi reservata videtur , namque vel raro inferioribus concedi solita , sed et de minoribus solitis concedi . Et sic magna differentia inter unum casum & alterum ; Ideoque interclusio , de qua ex Rosenthal. & alio habetur in p

16 nati. sub tit. de emphyteusi disc. 1. quod sub hujusmodi generalibus facultatibus, quæ Vicario, vel alteri Magistratu conceduntur, non veniunt insolita & nimis exorbitantia, ut est ista potest tollendi ius tertii jam quæsumum, dum ex deductis dicto disc. 148. de Regalibus non levis quæstio est inter DD. An id e iam ipsimet supremo Principi concedatur necne.

Quamvis enim omnis legitimatio dicatur tertio prajudiciale, quoniam habilitando illegitimos alias inhabiles, ita tollitur jus successionis, quod alias remotori aperiretur, Attamen est prajudicium accessionis & consequitum repellens à jure querendo, dum per legitimationem non tollitur uni, & datur alteri, sed solum id quod alias deseretur ratione gradus ex proximitatis illegitimo, si non haberet obstatum à lege positiva illatum ratione defectus natalium, eidem desertu tanquam per preventivam remotionem obstatu seu impedimenti, ut eveniente casu reperiatur habilis, id eoque longe differunt tollere spem vel jus quæsumum, ac tollere jus jam quæsumum.

Potissimum vero stante Constitutione Pii IV. rescripta etiam apud Fusar. de subdit. quæst. 408. declarante hujusmodi privilegia continere debere clausulam, sine prajudicio ventum ab intestato, de cunctis Constitutionis efficacia dubitanum non est, cum simus in Terris Ecclesiæ, unde propterea non cadit quæstio, de qua plenè apud Capc. Latr. decis. 3. num illa attendenda sit in Terris Imperiis. Ac etiam quia verfabamur in testamento de recenti condito post dictam Constitutionem, unde non intrat judiciosa consideratio facta per Giovagn. conf. 21 lib. 1. num 36. quando agatur de testamento antiquiori condito ante Bullam prædictam, quasi quod tunc magis affiat voluntas testatoris.

Pro isto objecto evitando, adducebam auctoritatem ejusdem Giovagn. conf. 17. lib. 2. num. 1. cum sequen., ubi statibus illis verbis contentis in privilegio Campeggiorum adita vel non adita hereditate, & capta vel non capta possessione, supponit tanquam certum istam facultatem quoque communicatam esse unde propterea refringit totam questionem ad ipsu[m]met Principis potestatem; Verum istud motivum videbatur parum tutum quoad applicationem, cum Giovagn. loquatur de prima hereditate, & de succedendo patri, vel alteri coniuncto, qui forte insinuat illegitimum cum presupposito, vel explicito, vel falso implicito futura legitimacionis, quæ ita merito etiam ab inferiori concedi potest, etiam postquam venientes ab intestato adiessent hereditatem, vel possessionem adepti essent, secus autem in hujusmodi fideicommissariis successionibus ordinatis ad favorem universi generis, ac habitibus tractum successivum, cum quibus habilitas attenditur de tempore facti casus, atque superveniens habilitas non prodest, nisi admicula voluntatis testatoris concurrant, juxta ea quæ super doctrina Lamberti de Ramponibus plenè deducuntur per Rotam dec. 95. par. 11. rec. & plures supra in precedentibus.

Confiderabam, meliorem responsonem esse illam affinitatæ voluntatis testatoris, ut illegitimi possent se legitimari facere etiam post factum casum ut supra, quasi quod tunc successio aliorum remotorum ob istud impedimentum in proximiori militans censeatur conditionaliter, seu revocabiliter, ex ipsius testatoris judicio, ex iis quæ incidenter ac ad aliud propositum habentur apud Rotam decis. 32. par. 9. rec. num. 36. & sequen. quod etiam

comprobant Malvafia & cæteri suprarelati, de quibus in dicta hujus causæ ultima decisione; Verum adhuc dubitabam de motivo ratione applicationis, seu non affinitatæ facti, dum in hoc testamento non continebatur illa explicita voluntas, quæ habetur in Bonon. de Victorie disc. sequen. ut etiam post factum castum, illegiti si possent facere se legitimari, quo casu motivi pro meo iudicio esset omnino solidum & certum, dum in hoc testamento solum continebatur, ut possent facere se legitimari post mortem ipsius testatoris, & sic est quid diversum; Et ulterius haec dispositio, neque legitur in isto, sed in diverso præcedenti gradu subtilitatis ordinatae ad favorem diversi generis; Et licet ut supra argumentative, id extendatur etiam ad istum gradum, attamen esset nimum multiplicare specialitates, & presumptions.

Adhuc tamen, non obstantibus præmissis difficultatibus, mihi reflectenti etiam ad veritatem, probabiles videbantur dictæ resolutiones, quodque bonum jus huic parti assisteret ex duplice fundamento.

Primo scilicet, quia imputari non poterat Aemilio, cur re integra, & ante factum casum non curaret tollere hoc obstatum, dum vivente patre, per cuius mortem successio aperiri debebat, ipse invitatus retinebatur in statu religioso, & sic in captivitate, cui iste status in jure comparatur, ut in specie benè advertitur, dicta decis. 34. par. 9 rec. num. 38 & sequen. ubi proinde nam. 41 ex Bald. Angelo, Iasoni, & alio in L. ex facto ff. de vulgar. & papill. cum alio per Carol. de Grass. effect. clerical. 4. num. 32. egrediens à Religione applicantur termini postlimini convenientes redeundi à servitute, etiam in fortioribus terminis, de quibus ibi agitur, egressus scilicet voluntarii, cum Superiorum dispensatione multò magis ubi impedimentum non est voluntarium, sed coactum, cum tunc absque dubio, magisque adaptatè intrent dicti termini captivitatæ & postlimini, live restitutionis in integrum ex clausula generali, si qua mihi; Ea etiam probabili ponderatione accidente, quod interim, atque adhuc patre vivente iste constitutus fuerat in statu legitimatus, quæ juxta magis communem & receptam opinionem, de qua præsentis plenè & magistraliter Apont. conf. 16. & 17. lib. 1. atque ad instar legitimacionis resultantis per oblationem Curia, immo fortius hac macula tollitur per ingressum in Religionem.

Et secundo clarius, quoniam non agebatur de concursu inter personas ejusdem generis, ac venientes sub eodem substitutionum gradu, contendentes solum de majori vel minori proximitate, sed de ista majori, vel deteriori qualitate, quo casures non transiret sine difficultate, sed agebatur de faciendo transiit de uno personarum genere ad alterum subsidiariè vocatum, post omnino defensionem seu evacuationem genus prius vocatum & admisum, unde propterea dicebam, quod sola existentia istius personæ genere prius vocato, quamvis tunc impeditæ, habentis tamen spem, ut impedimento remoto, habilitari posset, sufficiebat ad impediendam purificationem conditionis, sub qua alterum genus subsidiariè vocatum erat, quodque propterea durante spe, seu potentia existentia personarum de genere prius vocato, successio debuerit esse in suspenso, & non potuerit per dictos remotores agnosciri, vel quod potuerit agnosciri revocabiliter, & tanquam per speciem tenuta, seu administrationis, juxta ea quæ habentur supra in Bonon. priogenitura de Luparis disc. & in Ferarien. fideicommissi

de Fran-

LUCA
de
mentis
cat.
VI
9